Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Hec omnia venerunt sr nos nec oblti sumus te et nq
nō egimus in testamēto tuo Et nō recessit retro
cor nrm et declinasti semitas nras a via tua Quoniam
humiliasti nos in loco afflictionis et cooperuit nos
umbra mortis Si obliti sumus nomē dei nostri et
si expandimus manus nras ad deum alienum Nonne
dēus requiret ista ipse enim novit abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tōta die estimati sumus
sicut oves occisionis Exurge quare obdormis
dne exurge et ne repellas in finem Quare faciem
tuam avertis oblivisceris inopie nre et tribulationis
nre Quoniam humiliata est in pulvere anima nra adhesit
terre venter noster Exurge adiuva nos
et redime nos propter nomen tuum Gloria p. Psalmus
Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opa
mea regi Lingua mea calamus scribe velocit
scribentis Speciosus forma prē filios hom. diffusa
est gra in labiis tuis propterea benedixit te deus meter
num Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.
Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede
et regna Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam
et deducet te mirabilis dextera tua Sagitte tue acute
populi subtes cadent in corda inimicorum regis Sedes tua deus
in sculum sculi virga directionis virga regni tui Dilexisti
iustitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus
oleo letitie prē consortibus tuis Mirra et gutta et casia
a vestimentis tuis a domibus ebureis ex quibus delectaverunt
te filie regum in honore tuo Astitit regina
a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate
Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere
populum tuum et domum patris tui Et concupiscet rex decorem tuum